



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE  
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

**Boehme, Johann**

**Augustæ Vindelicorum, 1520**

**VD16 VD16 B 6316**

De Saxoniam, Saxonumq[ue] & priscis & recentibus moribus. Caput  
Tredecimum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

habent. Vrbes cōmuniter natura & arte munitæ, aut iuxta vorticosa flumi-  
na vel in montes sitæ sunt: quæ in plano resident muris fossatis vallis insupe-  
rabilibus circumseptæ turribus & propugnaculis innumeris, veluti ex terra  
prominent. Est etiam multarum ciuitatum circūiacens ager fossis adeo  
profundis & amplis conclusus, vt ab externa populatione & is tutus sit.  
Eorum postremum, qui in rure pagatim villati inq; habitant, quicq; illud co-  
lunt, & propter hoc rustici vel rurales appellantur, si credere velint, satis mi-  
sera & dura conditio est: seorsum ab alijs quisq; cum familia, & pecore suo  
humiliter viuit. Casæ luto lignoq; e terra paululum eductæ, & stramine cōn-  
tectæ, domus. Panis cibarius, puls auenacea, aut decoctum legumen, cibus.  
Aqua serumue potus. Toga lineæ, perones duo & pileus fucatus, vestitus.  
Gens omni tempore inquietæ, laboriosa, immunda. In vicinas ciuitates ad  
vendendum portat quicquid tam ex agro, q̄ ex pecore fructus percipit: sibi  
q; ibi ediuerso comparat, quorumcunq; eget. Artifices enim secum habitan-  
tes nullos aut paucos habet. In sacra æde quæ in singulis vicis cōmuniter vna  
est festo die ante meridiem omnis conuenit & a sacerdote suo dei verbum  
& sacra audit: post meridiem vero sub tiliæ aut alio publico loco, atq; de suis  
rebus tractat. Iuniores postea modulante tibicine choream ducunt, senes pe-  
tunt cauponam & vina bibunt. Absq; armis in apertum virorum nullus va-  
dit, gladijs ad omnem temporis fortunam præcincti. Viros singuli pagi in-  
ter se eligunt duos aut quatuor, quos rusticorum magistros appellant, conuen-  
tionum illi contractuumq; sequestres sunt, & reipublice dispensatores: ad-  
ministrare tamen nō habent, sed domini, aut qui ab his eis præficiuntur bar-  
baro nomine Sculteti: dominis crebro per annum seruiunt, rus colunt, & se-  
mine conspangunt, fructus metunt, & horreis important, ligna secant, domos  
ædificant, fossas effodiunt. Nihil est quod seruilis & misera gens ipsis de-  
bere non dicatur. Nihil etiam quod iussa facere absq; periculo recusare au-  
deat, delinquens grauitè multatur. Sed nihil est genti durius, q̄ q; prædio-  
rum quæ possidet, maior pars non sua sit, sed illorum, a quibus certa frugum  
parte quotanni redimere debet. Et tales hodie in vniuersum Germanorum  
mores sunt, si viuendi ritus.

Vrbium situs

Quare Ger-  
manorū fra-  
tus agricolā  
rum est

Agricultorū  
misera con-  
ditio

Quid dieb;  
festis rusticū  
agunt.

Rusticorum  
magistri.

Sculteti pa-  
gorū p̄fecti.

De Saxonia, Saxonumq; & prisca & recentibus  
moribus. Caput Tredecimum.

Saxoniam Germanicæ particularis regio, ab occasu Visera fluuio, aut vt alijs  
volunt, Rheno terminata: ad aquilonem Dacos habet, & mare Balteum:  
Francones ad meridiem, quibus Baiuarij & Boemi obtendunt: ad or-  
tum Pruteni: intra quos terminos q̄ multæ gentes diuersis nominibus ho-  
die includantur, ex supradicta Germanicæ descriptione intelligi potest, quæ  
omnes Saxonici iuris esse volunt. Terra a Saxonibus populis nomen accepit,  
quos qdam reliquias Macedonici exercitus qui secutus magnū Alexandrū  
in natura ipsius morte per totū orbem sit dispersus, esse dixerunt: Quidam

Saxoniam li-  
mires

Saxones vñ  
in Germaniā  
p̄uenere

## De oim gentiū ritibus.

eos a Brytannia quærendarum sedium causa nauigijs digressos Germaniæ  
 ad nauigasse & propulsatis Thuringis eorum terram occupasse. Erat enim  
 Saxonica gens ab initio inquieta nimis, finitimorum sedibus infesta, domi  
 tamen pacata & ciuium vtilitatibus placida benignitate consulens. Generis  
 quoque ac nobilitatis suæ prouidissimam curam habens, nec facile ullis alia-  
 rum gentium vel sibi inferiorum connubijs infecta, proprium sincerum &  
 tantum sui similem populum facere conata. Vnde habitus quoque ac corpo-  
 rum magnitudo, comarum color tanquam in tanto numero hominum idem pe-  
 ne omnibus. Quatuor in genere differentias habuit, Nobilium, Liberos, Liberorum,  
 Libertorum atque Seruorum. Et id legibus cautum erat, ne vlla pars suæ  
 oblita terminos in copulandis coniugijs transgrediatur. Sed nobilis nobilem  
 ducat uxorem, & liber liberam. libertus coniungatur libertæ, & seruus ancil-  
 læ. quicumque vero contra faciat, cum vitæ suæ id damno luat. Legibus ad ma-  
 lefactorum vindictam optimis utebatur. Multa quoque vtilia & secundum nature  
 legem honesta in morum probitate habere studuit, quæ ei ad veram beati-  
 tudinem promerendam suffocissent, si aliqualem creatoris sui Dei optimi  
 maximi noticiam habuisset. Frondosis arboribus, fontibusque venerationem  
 exhibuit, & trunco ligneo non parvæ magnitudinis sub diuo erecto, quem  
 patria lingua Irminsul, latine vniuersalem columnam dixit, quasi omnia sus-  
 tinentem. Coluit etiam Mercurium, cui certis diebus humanis hostijs litabat  
 Deos suos neque templis includere, neque humanæ speciei assimilare, pro diu-  
 nitatis magnitudine & dignitate licitum arbitrata est. His lucos & nemora  
 consecrauit, ab illorumque nominibus dixit, secreta non nisi cum maxima reue-  
 rentia contemplabatur. Auspicia & sortes gens illa quam maxime obseruabat.  
 Virgam frugiferæ arbori decidam in surculo amputabat, eosque notis qui-  
 busdam discretos super candidam vestem temere, ac fortuito spargebat, Mox  
 si publica consultatio fuit sacerdos populi, si priuata, ipse paterfamilias preca-  
 tus deos, cælumque suspiciens, ter singulos tulit sublatisque secundum impressam  
 antea notam interpretatus est: & si prohibuerunt, nulla de eadem re ipsa die  
 consultatio erat. Si permissum est, euentuum adhuc fides exigebatur. Auium  
 voces volatusque interrogare proprium gentis erat. Equorum quoque præsa-  
 gia ac monitus experiri publice alebantur isdem in nemoribus ac lucis can-  
 didi & nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro curru sacerdos vel  
 Rex princepsue ciuitatis comitabantur atque hinnitus ac fremitus observa-  
 bant, nec vlli auspicio maior fides adhibebatur, non solum apud plebem,  
 sed apud proceres etiam atque sacerdotes. eos enim ministros deorum esse, &  
 diuinorum consiliorum conscios credebant. Erat & alia auspiciorum obser-  
 uatio genti in vsu, qua grauium bellorum euentus explorabat, eius videlicet  
 gentis cum qua bellandum fuit captiuum quencumque interceptum compellen-  
 do cum electo popularium suorum decertare: victoria huius vel illius pro-  
 præiudicio accipiebatur, Carolus magnus diutino bello gentem omni im-  
 pietate abiecta Christianam fidem assumere coegit, quam & hodie cum cæ-  
 teris Germanis religiosissime obseruat. Regio multis augustissimis & sum-

Differentiæ  
Saxonū qua-  
tuor

Leges quædam  
Saxonū

Idolatriæ Sa-  
xonones dediti

Mercurius a  
Saxonibus  
obseruatus

Auspicia &  
sortes

Equorum præsa-  
gia & moni-  
tus experie-  
bantur Saxo-  
nes

Alia auspici-  
orum captatio

Monomachi-  
a euentus bel-  
li experieba-  
tur

ptuosissimis basilicis, templis, & coenobijs clara, quod Alberstadio est bea-  
 tae virgini sacrum, prophanis non patet, tantum initiati subeunt. Inducitur ta-  
 men vnus aliquis e populo cinericio die, hominum opinione nequissimus,  
 hunc velato capite, pulla veste sacris admouent, quibus rite peractis templo  
 eijcitur: eiectus toto ieiuniorum tempore nudis calcibus urbem pererrat, di-  
 uorum templa visitabundus. Sacerdotes illi victum suggerunt, mox in do-  
 minica coena iterum templo inductus, post olei consecrationem ab vniuer-  
 so clero expiatus dimittitur elehemosyna prius accepta, quam pie offert  
 templo, hunc Adam vulgo vocant, quia vt protoplastus ille omni vacet cri-  
 mine, per eumq; ciuitas creditur expiata. Est ager Saxonicus rerum omnium  
 praeterq; vini ferax, Argenti atq; alij aeris fossiones multas habet. Ad Gosla-  
 riam & plæriscq; alijs locis salem ex fontium quorundam aquis albissimum  
 coquunt, & vectigal ingens percipiunt. Hordeum & triticum serunt, ex qui-  
 bus non solum candidissimum panem efficiunt, sed etiam ob vini caritatem  
 potum Cereuisiam, quæ adeo sitienter & immodeste ab ipsis bibitur, vt vbi  
 in symposijs conuiujsq; pocillatores nec hyalis nec cantharis sat infundere  
 possint, repletum multrale apponant, & scutella iniecta hortentur quemq;  
 pro libito potare: dictu incredibile est, quantum huius liquoris in se immo-  
 destissima gens capiat, quantum mutuo ad bibendum cogant & hortentur,  
 non sus, non thaurus tantum ingurgitaret, Non ad ebrietatem atq; vomitum  
 potasse sufficit, sed rursus ad sobrietatem, dies noctibus noctes diebus con-  
 tinuantes, qui cunctos potando superat, is non solum laudem & gloriam  
 deportat, verum etiam pro quo contenderunt ex bene olentibus herbis aut  
 rosas serum aut quid aliud in praemium. Serpit ab illis eheu perditus mos  
 fere in totam Germaniam, vt eo modo etiam iam fortissima vina bibantur,  
 cum ineffabili malo. Hospiti vel alteri eum locum, in quo bibitur, subeunti,  
 potum quotquot habent, assurgunt & porrecto poculo ad combibendum  
 officiosissime hortantur. Inimicus arbitratur qui sapius inuitatus non preten-  
 ta causa compotare recusat: caede nonnunq; & multo sanguine hoc dedecus  
 expiatur. Cibatu Saxones duro & inconcinno vtuntur, lardum, aridae hila,  
 cepe crudæ, butyrum salsum & nondum adhuc liquatum peculiaris genti ci-  
 bus. dominicis diebus in plæriscq; locis coquunt quo per hebdomadam ve-  
 scantur. Infantes non vt apud nos pulte que farina & lacte concinnat, nutri-  
 untur, verum solidiori cibo qui bene masticatus a nutricibus ad deglutien-  
 dum tenello ori immittitur: vnde Saxones tali cibo in tenera ætate assueti,  
 & tolerantiores reddunt & validiores. Linguam peculiarem habent. Vesti-  
 tum & cætera tum alijs Germanici sanguinis indiscreta.

Templi in  
Alberstadio

Mirandus  
ritus

Adā singul  
annis expiat

Sal saxonici

Cereuisia Sa-  
xonibus po-  
tus

Saxonū po-  
tandi immo-  
destia

Comporan-  
do decertat  
Saxones

Hospites ex-  
cipiunt potu

Saxonū cib⁹

Infantū nu-  
trimentū.

Lingua Sa-  
xonum

De Vuestualia & iudicio Vuestualis a magno Carolo  
 commisso. Capitulum Decimumquartum.

**V**uestualia Saxoniae limitibus inclusa, Rhenū ab occidente habet, Vi-  
 surgum, qui etiā Visera dicitur ab oriente, a septentrione Phryliam &  
 Holandiam, meridiem Hassiae montes excipiunt, quos obnobios Pro-

Vuestualie  
fines

Obnobij  
montes